

eam. Excubat in ostio latrator Cerberus terribilis asperciu, nec minus diligens & truculenta  
tus ianitor, adeo ut ne Mercurij quidem so-  
porifera vrlga falleretur, verisimile est Ditis  
quoc; prouidentia passim dispositos esse cu-  
stodes/ qui seditiones atq; tumultus, si qui su-  
bito exorirentur, compescerent atq; compris-  
merent. Quinetiam demandatum aliquot fi-  
dioribus(q; q; haud scio quid possit esse fidū  
in tanta Tyrannide) ut insidias, conspiratio-  
nes omnia deniq; consilia explorent ac defen-  
rant ad ipsum principem. Sed o vanam meā  
mentem ac prorsus immutatam: quam indis-  
gnas cogitationes magnitudine Cæsaris sug-  
gessit: dñ faxint ut nihil minus cupiam, quā  
aut in ambienda dignitate aliqua, deprecans  
dave contumelia, si qua innocēs iniuria per-  
stringar, ante cuiusor pedes volutari: aut re-  
fugere, si depositar in labores, pericula, tor-  
menta, cruciatus, demum quamlibet honos-  
ris & famæ dimicationem. Reminiscere te  
Cæsarem, qui peruicaciam inimicorum ar-  
mis contundere maluisti, quam virtutis re-  
rumq; bene gestarum ab inuidis & ingratidis  
veniam deprecari: tum subeat nunquam in-  
tuum pectus ne minimam quidem formidi-  
nem descendisse; sed inuicto semper animo